



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiū Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Sereno. 325.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71898)

flagrantes diuinam hanc facem in animis suis excitare minimè intermittunt, hoc quidem pro serio opere, alia autem omnia pro rebus leuioris operæ ducentes. Ac propterea parua ipsis esse videntur, quæ alij magna & ampla existimant: atque ea de quibus alij inter se digladiantur, risui habent, & quæ alij suspiciunt, pedibus proculant, cælestiaque sola expetunt. Cû igitur ad huiusmodi chorum nomen tuum adscribere in animum induxeris, æquum profectò fuerit, te insomnem animæ oculum conseruare.

Serenus. 325.

Magna me admiratio tenet, qui fiat, ut cum prius ij, qui diuino sermone instituti erant, opes suas ad communem vtilitatem proposuerint, nunc contra nonnulli ex sermonis magistris & interpretibus (neque enim omnes condemnare fas est) communes opes ad se auertere non vereantur. Itaque ob huiusmodi absurditatem hoc effecerunt, ut illi etiam, qui offerre consueuerant, elanguerint. Nam cum Ecclesiæ thesauros in subditorum probitate animique candore reconditos esse oporteat, hoc ipsi fieri minimè sinunt.

Eidem. 326.

Si ij, qui sacris ordinibus initiati sunt, & ij, pro quibus sacerdotij munus obitur, in iisdem rebus versantur, quisnam diuinum numen placabit? Quocirca opus est ut pauperum thesauri in subditorum animis & voluntate recondantur, sacerdotes autè sacrosancto duntaxat ministerio dant operam: ut Deum, tum sibi ipsis, tum iis, qui sacerdotij sanctitatem sortiti sunt, omnia ea, quæ ad hanc vitam pertinent, tractare atque administrare conspicientes, religiosam pietatem excusserunt, non tam ipsi accusandi sunt, quam negotiatores illi atque caupones, qui iniquam omnem & sceleratam quæstus faciendi rationem induunt. Nam si ipsi mores suos correxerint, spes est plebem quoque secururam esse.

ὁ ἀγαθὸς ἀποκρίσει τὸν θεὸν τὸ πῶς ἔργον ἐστὶν ἐν αὐτοῖς ἀνάπτοντες. τὸ πῶς ἔργον, τὰ δ' ἄλλα πάντα νομίζοντες εἶναι πάρεργα. μικρὰ γοῦν αὐτοῖς τὰ τοῖς ἄλλοις μεγάλα εἶναι δοκοῦντα φαίνεται, καὶ γὰρ τὰ θεομαχία, καὶ παρῶσι τὰ ἀπόβλεπτα, καὶ τῶν ὑποκριμάτων μόνων ἐφίεται. εἰς τὸν ποιῆτον τοίνυν χρόνον, ἢ αὐτὸς τελέσει παρερημένος. ἀκοίμητον διχαίης ἀνείης τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα ἀγαπήσεται.

Σερίνα. 325.

Λίαν θαυμάζω πῶς ἄλλοτερον μὲν τὰ ἴδια ζήματα εἰς τὴν κοινὴν ἀφέλειαν, οἱ τῶν θεῶν λόγῳ μαθητευόμενοι παρέπθεσαν, νυνὶ δὲ πῶς τὸ ὑψηλὸν τῶν λόγων. ἢ γὰρ πάντων καταψηφίζεσθαι θέμις. τὰ κοινὰ σφείλειζεσθαι τοιμῶσι. πεποιήκασι γοῦν ἀπὸ ταύτης τῆς ἀτοπίας, ἢ τὸς καρποφορεῖν εὐθότας ἀπὸ ἀρχῆσαι. δὲν γὰρ ἐν τῇ εὐγνωμοσύνῃ τῶν ὑπηκόων ἀποκείσθαι τὸς τῆς ἐκκλησίας θησαυροῦς, τὸ πῶς ἔργον ἐστὶν ἐν αὐτοῖς.

Τῶ αὐτῷ. 326.

Εἰ οἱ ἱερωμένοι, καὶ οἱ ὑποκρίματα ἱερωσύνη τελεῖται ἐν τοῖς αὐτοῖς πῶς ἐξιλιάσεται τὸ θεῖον. καὶ τοίνυν ἐν μὲν ταῖς τῶν ἀρχιερέων γνώμῃς ἀποκείσθαι τὸς τῶν πενήτων θησαυροῦς, τὸς δ' ἱερωμένους τῇ ἰεργίᾳ μὴ χολάζειν, ἵνα δωρηθῆεν εὐαγέρες τὸ θεῖον αὐτοῖς τε καὶ τοῖς ὑπηκόοις καθίσταν. οἱ δὲ θεώμενοι οἱ λαοὶ τῶν τῆς ἱερωσύνης ἀγιστεῖαν κεκληρωμένους πάντα τὰ βιωτικὰ μεταχειρίζομενους, ἐξήμελωσαν τὴν εὐλάβειαν, οὐκ ἔστιν αὐτοῖς τοσοῦτον μεμνησθῆναι, ὅσον σκείνοις τοῖς ἐμπόροις, καὶ πηλιγαπήλοισι, ἢ πᾶσαν κινδοσὶν πρᾶγματείας οὐδὲν ἀδικον. εἰ γὰρ τὰ κατ' αὐτῶν ἔργοι διορθώσονται, ἐλπὶς ἔστι τὰ τῶν λαῶν ἔφεσθαι.

Στρατηγία